cationem vellet excludere, & ultra iuramen-

tum de re facta, petat iuramentum deca-

lumnia, exigatque iuramentum dicendi ve-

ritatem lincera ab ilia aquivocatione,

adhuc poteris iurare amphiboliogico iura-

mento, & refractione facta: quia subin-

telligere potes, te iuraturum ab ilia aquivo-

catione iniusta. Nulla enim proposicio

tam ampla sumi potest, quia aliquam re-

strictiōne babere posſit in mente. “ Caſ-

topalaus trac̄. XIV. disp. I. punt. 7. n. 17.

pag. mibi xi. Leander trac̄. I. disp. XIV. q. XXVII.

& penes illos Sanchez, Bonacina,

Suarez, Leſſius, Trullench, Diana; & alii eiusdem recentis Theologis. Vide infra dis.

IV. cap. IV. §. 15.

P. Conc. Theol. Tom. III.

sic desperare victoriam; ideo urgendi non sunt ad prefatam confuetudinem evellendam. An haec doctrina quid fanemolum oleat, vide *diss. vii. cap. v. & vi.*

**XVI.** Qui vero habet confuetudinem tam iurandi, quam mentiendi, non tamen coniungendi iuramentum cum mendacio, si quories iurare, advertenter iurat, & procurat non coniungere cum iuramento mendacium, neque tenetur sub mortali talem confuetudinem extirpare. *P. Dominicus Viva Tom. L. part. ii. q. vii. art. 7. nro. 3. pag. 56.* eadem plures alii docent. *Vide diss. vii. cap. v.*

**XVII.** P. Ferdinandus Castropalau Tom. III. tract. xiv. disp. i. puer. 7. num. 4. Si enim aliquis caufa honesta occulatur veritatem intercedat, qualis est, si ad tuam tuorumque iahutem, honorem, reum familiarem iuendat convenienter occultatio; aut si convenienter, non annuers interrogatio; tibi infulce; nullam culpam committit sic amphibolice iurans. Quod verum habet, etiam non rogatus iures, fera te oferas ad iurandum; si tamen iurandi, occurrande veritatem honesta caufa intercedat.

**XVIII.** Rogatus de delicto, quod saltem sub opinione probabili non teneris manifestar, vel ex eo quod non iuridice rogari, vel ex eo quod tibi grave documentum ex manifestatione provenit, negare poteris te scie, subintelligendo in carcere, vel ad dicendum. *Idem ibid.*

**XIX.** Rogatus ac promiseris matrimonium, a cuius obligatione secundum optimationem probabilitate immunis es, iurare poteris non premissis, subintelligendo, ut tenearis. *Ibid. n. 5.*

**XX.** Exemptus probabilitate a gabellis solutione, iurare poteris, te non portare talentum, aut talen rem, *et pro portis*, subintelligendo, ita ut gabellam debebas. *Idem ibi.*

**XXI.** Mercatores qui non possunt in sum pretium ab emptoribus obtinere, nisi iurent tantum, vel tibi sibi mercemflare, cum de facto non sit; iurare quidem possunt tanti sibi flare, subintelligendo computatis omnibus expensis; vel tanti sibi flare, subintelligendo cum alia mercede quam habent domi, vel alibi emerant. *Idem ibi.*

**XXII.** Pro supra dictis est maxime ad vertendum, utenitem aliqua ex dictis amphisbiologia debere scire, saltem in genere

se posse absque mendacio veritatem tegere. Non tamen opus est, in particulari, evocare medium quo debet tegi. Quocirca, si intendat iurare ex sensu quo vir dictus verum reperiet, & ictat verum reperiri posse, sufficiat ad excusationem peririi. *Idem ibi.*

**XXIII.** P. Dominicus Viva in Comment. tract. xxvii. Innoc. XI. Quando tamen non occurrit *commoda* equivocatio, aut *restrictio* externa, si causa sit gravis, suffici possumt ubi duplicit scientie causa obviari veritatem occurrere, non animo decipiendi, sed *solum* permitting *deceptionem*.

**XXIV.** Confraternarius, ut in peierando, esti fape promittere, & emendatus nunquam fuerit, ab illo potest, dummodo pro dolore habeat, & emendari promittat. *P. Tercelias Tom. I. Sum. tract. iii. disp. i. cap. 11. sec. 1. num. 105.* Laudat Palau, & Bonacinan.

**XXV.** Esti verba secundum se aquivoce non sint, nec nisi verum sensum habent, nihilominus ratione circumstantiarum loci, temporis, officii, interrogantis, & respondentis & restrictio, quia alias esti pro mente, fieri potest, factibilis, & a mendacio, & penitus excusari, & cum iusta caufa eius ultius licetus fieri. *Idem consult. 23. n. 134.*

**XXVI.** Inimo nec opus est quod iurans, vel attempans cognoscat specifcum modum quo veritatem celare possit. Sufficit enim praecepit pro indoctis, quod esti verbis negantibus utatur, in animo addat, Volo veritatem celare, quin mentiar, vel per iurem ex modo quo Doctores id fieri posse docent. *Idem ibi n. 188. citat Sanchez, Suarez, Castropalau.*

**XXVII.** Similiter non estis plurimum veniale mendacium, dicere una ablatu 1, cum vere nihil erit. *P. Thomas Sanchez Lib. III. in Decal. cap. vi. n. 3.*

## C A P U T V.

*Quid sit iuramentum. Variae iurandi formulae exponentur.*

**I.** **U**ramentum definitur a D. Thoma 2. 2. q. lxxxix. art. 1. quod sit invocatio divini nominis ad fidem faciendum, aut pronitionem firmandam. *D. Augustinus ab ipso D. Thoma relatus loc. cit. definit iuramentum his verbis ier. xxviii. de verb. Apol. Quid est iurare per Deum, nisi, testis est Deus? Differt ab oratione: quia per hanc peti-*

## D I S S. I D E I U R A M E N T O.

77

petitur divinum auxilium: per illud autem potitur ut veritas manifesteretur. Quare curpiter aliud Franciscus Bedeus Lutheranus, qui in iuis *Infl. Theol. Moral. P. II. cap. III. q. 5. §. 10.* efficit, *Deum hic non spectari ut testem, quasi instaurandum sit testimonium Dei, aut quod Deus ipse de veritate iurantis reflectetur.* Error Lutherani itius seipso corrigitur. Iuramentum a iure dicitur: quia, inquit idem Angelicus, quasi pro iure introductum est, ut pro vero habeatur id quod sub invocatione divini testimonii enuntiatur. Aliqua enim sunt facta vel occulta, vel contingentia, quae humano testimonio probari nequeunt: ideo, ut divino testimonio, neceſſit cogente, confirmantur: iure flatum est neceſſitatem in factis divino testimonio firmantes adhibentur.

**II.** Iuramentum, iurandrum, & iuramentum synonyma sunt. Ex Scriptura quidem etiam pro eodem iurari iurandum, & iurandrum, iuxta illud Zacharie Luc. 1. *Iurandrum, quod iuravit ad Abram patrem nostrum datum se nobis.* Sacramentum quoque nuncupatur tam in Scriptura, quam in iure, ut contit ex cap. *Qui lacramentum xxii. qu. iv.* Et quamquam facientiam vocabulum aliis magis proprium significatus habeat, ultraparum tamen etiam pro iuramento: quia et illud signum est reliquæ, nempe infallibili veritatis.

**II.** Ad clarioram date definitionis intelligentiam D. Thomas loc. cit. in respon. ad 1. animadvertisit, non duplicit testimonio divino nisi potest. Primum testimonio quod Deus tam dedit in Scripturis suis, cum testum, i.e. auctoritatem facit Scriptura allegamus ad aliquam veritatem probandam: quod dum facimus, nullo modo iuramus. Secundo, cum imploramus testimonium ut exhibendum, nempe ut Deus veritatem illius facti manifestet in eius confirmatione eius testimonium invocamus: & hoc modo iuramus. Potro, dum in testim Deum invocamus, ut affectiones nostras confirmaret, non intendimus ut Deus stolido prodigio seu miraculo affectiones nostras sua auctoritate confirmet, & manifestet: quod qui faciat, Deum tentat, sed potius tantum ut Deus dictis, nostraris testimonium cum adiutor, & veritatem revelet, quando sibi placuerit, in vita, vel in morte, in hoc, vel in futuro statu.

**IV.** Divinum testimonium duobus modis invocari potest. Primo *expresse*, cum Deus ipse in testem assertur: secundo *tacite*, quan-

do creaturarum testimonium ena peculiari respectu ad Deum invocatur: quod clarius infra explicabitur. Utroque autem iuratur, quia utroque modo divinam testimonium imploratur.

**V.** Hec divini testimonii invocatio fieri potest *verbis*, ut si ore proferas, *Iuro per Deum;* nuto, ut si interroganti, utrum *per Deum iures*, oculis, capite, vel aliquo gelu annulas; factio, ut si nisi offeratur iuramentum cum libro Evangeliorum, & libram ipsum tangas, etiam nihil proferas, iurare celeris, *mente*, ut si intra annuum tuum iures te aliquid facturum, virtute religiosum ad id præfundum adstringeris in foro interno; ut vero in foro externo obligeris, neceſſe est ut uno ex tribus de scriptis signis iuramentum enuntiatur extrinsecus manifestetur.

**VI.** Si quis iuraret, librum Evangeliorum tangendo, ac poties deprehenderet librum illum omnino profanum, fuisse, verum efficeret iuramentum, illudque observareret debet, quia diversitas materialis foret, quoties iurans per facia Evangelia iurare intendebat. Contra, qui iurat per fallidos deos, iuramentum non facit: quia iolas verus Deus meretur sibi ab hominibus fidem praefari.

*Variae iurandi formulae.*

**VII.** Quoniam verba quibus iuramentum profertur, determinata non sunt, sequitur plurimas esse iuramentorum formulas. Ad triplex genus omnes revocare possumus. Primi generis sunt que juxta communem sensum, & acceptiōnem iuramentum, seu divini, & illius iuramenti invocationem continent; quae in omni foro pro iuramentis habentur, nisi manifeste contet de contraria intentione illius qui calidē pronuntiat. Secundi generis sunt que in communī acceptiōne divini testimonii affunctionem non continent; quae pro iuramento non habentur, nisi qui illas profert declarat se illis verbis iuramentum edere volunt. Tertiū tandem generis sunt que ambiguae sunt, quae aliquando iuramentum continent, aliquando non, iuxta variū modum quo illae proferuntur. Exemplis res clarior aparet.

**VIII.** Primi generis sunt *Iuro per Deum*, *Mibi Deus testis est*, *Vixit Deus*, *Testem invoco Deum vivum*. Nec tamen neceſſe est ut ultrapet verbum *iuro*; sed latiss est confirmatione dicta *per Deum*, *per fidem Dei*, *per fidem Christi*. Ad hanc quoque claffient reducantur iuramenta que sunt per creatu-

P 2 ras,

ras, ut cum dicitur, *per celum, per terram, per animam meam, per Angelos, per B. Virginem, per Sanctos &c.* Hic tamen advertas velim, quod creaturarum testimonium multipliciter invocari potest. Primo tamquam argumentum infallibilis veritatis, & hoc invocatio blasphemia foret, quia solus Deus infallibilis est. Secundo creature rationales invocari possunt, tamquam per quodam peculiari auctoritate orante, ut fidem faciant dicta nostra, absque respectu ad Deum; & hie invocatio non continuit iuramentum, quenadmodum non iuramus, cum homines viventes in testes vocamus. Tertio creature in testimonium veritatis appellantur, quatenus in eis maxime Deus splendet, habentque ad Deum peculiares relēctum, & earum invocatio Dei memoriam in nobis singulariter excitat, ut cum iuramus per evangelia, per tempora, per altaria, per celos, per terram, per elementa. Secundum dicendum, cum iuratur per creature infinitas, vilesque, ut si quis iuraret per suam barbam, per suos capillos, per suum canem &c. non esset verum iuramentum. Licer enim omnes sint creature Dei, & his tamen iuxta communem acceptiōem non splendet modo peculiari divina maiestas. Si quis tamen invocando has creatureas, Deum simul in oblique nominaret, iuramentum foret; ut si quis diceret, *Per hunc Dei patrem, per Dei ignem, per aerem Dei, per humum Dei lapidem, per hanc creaturam Dei.* Quoties namque Deus sive in recto, sive in obliquo callo appellatur in teles, iuramentum profertur. Ad hanc pariter cladem revocantur sequentes formulae: *Sic Deus me adiuvat, ita fide Iudei m' auxiliavit, duxerit me aripiat, moriar, personam, si non est nisi.* Hac iuramenta sunt exercatoria, & reddunt hunc sensum: *Deus me non adiuvet, si verum non est quod profero: morti, duxerit me traduci &c.*

X. Ad secundam cladem revocantur sequentes formulae. *In rei veritate, per fidem meam, in fide mea, in fide boni viri, per fidem viri probi, per meam conscientiam, in mea conscientia.* Eiusmodi formulae secundum communem excommunicationem vim iuramenti non habent. Nisi ergo qui eas proferet, habeat expressam intentionem iurandi, iuramenta non sunt. Si quis tamen relata verba preferens intenderet Deum in teles vocare, iuramenta forent. Iuramenta pariter non esse affirmant communiter Auctores que loquuntur: *Per fidem boni Christiani, in fide Christiani, in fide Religiosi, per fidem Sacer-*

*dote, vulgo, Da Christiano, alla fide di Cristiano, da Religioso, da Sacerdote, infide di Sacerdote.* Quia, inquit, in his expressiōibus fides divina non invocatur, sed humana; efficiuntque hanc sententiam: *Ea veritate loquor qua bonus Christianus, bonus Sacerdos loqui debet.* Sic Salmanticensis tract. XVI. cap. II. punct. 3. num. 23. ubi plures citant Auctores, & respiciens Cauitatis communis est. At, si id quod ego sentito, candide fateri debeam, nullo modo permittendas semper Christiani eiusmodi expressiones in communi locutione. Nec enim ratio mihi suppetit que prefatae formulas a vi iuramenti liberare valeant. Communiter Theologi admissi, quod iurare per res facias, puta per temple, per altaria, per reliquias Sanctorum, si verum iuramentum. Quid ergo iuramentum erit dicere per fidem Christiani, Religiosi, vel Sacerdotis? Non ne facrum est sacerdotium, facer religiosus, & Christianus status, feni Christiani, & sacerdotalis professio? Si quis dicat, *per habitum, seu vestem hanc D. Petri, D. Francisci, D. Dominici,* secundum omnes sunt iurati. Cur ergo non iurabit, si dicat, *da Sacerdote, seu per Sacerdotis gdem?* Vereor subinde ne Auctores laudati idcirco interpretentur recentias formulas iuramentorum non contineant, quia homines paliū illas usurpant; & ne penurī reor plurimos damnant, illos minime iurare docent. Nec enim raro accidit, vitios horrore subtilia, cum homines virtus subducneantur. Non inscius, iuramenta plurimum ab intentione penderunt iurantis. Sed, quando locutiones vim iuramentum produnt, eti defensū vel intentionis, vel confiderationis exculpare, vel diminuere valeat præteritam malitiam, non excusat tamen aut Confessarius, si omittat penitentes obligare ad lingue custodiā, aut penitentes, si a prefatis formulis ablinere non conetur. Accedit quod communiter homines pro iuramento accipiunt similares expressiones: *per fidem Sacerdotis, Religiosi; vulgo da Sacerdote, da Religioso.* Hac tamen que de his tribus ultimis formulis, videlicet per fidem Religiosi, Sacerdotis, & Christiani, diximus, non adeo manifesta nobis sunt, ut contraria, communiq̄e opinionem improbemus: sola significatione moralis certitudine a communi rectioni Auctorum sententia recedere quandoque nos cogit: *qua certitudine sublata, communi & nos accedimus opinioni.* Et quia talē certitudinem circa rem hanc nunc nobis non adesse fatemur; ita ut probabili-

lem celebrabamus contraria sententiam. In praxi tamen omnes quorum ego confessiones audirem, ablinere ab eiusmodi expressionibus iubemus. Sotus quoque Libr. VII. de iur. T. iur. artic. 1. qusq. 1. conc. 4. subdubitanter loquitur de his iurandi modis.

X. Sequentes formule, *Vobis Deo, iuro Deo, promitto Deo, vulgo voto a Dio, giuro a Dio, prometto a Dio,* verum iuramentum continent: quia revera Dei in teles vocatur. Et licet eiusmodi expressiones & voti rationem habere videantur, & promissionis; attamen, cum ita quiescentes palerint, in haec assertiorum confirmatione admittantur, iuramentum constitutum. Sequens autem formula, *Iuro me hoc facturum, vel hoc ita effe, nullo addito verbo, ex vi verborum, & iunctae natura iuramentum est.* Contrarium docent Salmanticensis tract. XVI. cap. II. punct. 3. n. 23. Bonacatā dis. IV. punct. 1. sub finem. Immo tam Salmanticensis, quam statua allegant pro se Suarez, sed falso: *Bonacatā docet D. Thomas 2. 2. q. lxxxix. art. 1. ad 3. abholere asserter, illam iuramentum contineat.* Idem docet D. Augustinus ferm. 2. edit. Lov. cap. vi. *Nos vos fallant qui necisio quo modo volentes ipsas iurationes ad iurandum. In uia tamen confiderantur sunt circunstantes.* Idipsum docemus & nos. Praefata nota abllare iuramentum produnt; intentione tamen eadem proferentes, aliquid circumstantes attendente sunt. Quare, si quid addatur quod in invocatione divini testimoniū verba illa extrahat, iuramentum non erit: puta, si quis iuraret hoc modo, *Iuro per meam barbam, per decem, iuro per membris,* in his formulis nullum factum iuramentum. Nullum quoque iuramentum proferre volunt communiter Auctores illam qui dicent, *Iuro per hanc crucem, nulla delegata cruce: quia qui a formando crucis signo ablinet, intentionem non iurandi habere presumitur.* Quod si crucem reformaretur, iuramentum proferet. Circumstante tamen ipsandis. Pariter, si quis rogatus, ut sub iurando quidquam affirmet, responderet, *Iuro ita esse, vere iurans.*

X. Ad tertium genus reducuntur formulæ illæ que quandoque iuramentum continent, & aliquando non continent; cuiusmodi sunt, *Sicut Deus, coram Deo loquor, Deus videt iste esse.* Quis, si enunciative proferantur, iuramenta non sunt: contra, iuramenta totidem sunt, si invocative pronuntiantur; ut confat ex Apostolo Paulo ad Galatas 1. iurante illis verbis: *Qra autem scribo vobis, ecce coram Deo, quia non mentor.* Advertis tamen velim, quod, ut deprehendantur enunciative

Conc. Theol. Tom. III.

vel invocative prolatæ, non solum hominis loquens intentio, sed etiam loquendi modus est impicendus. Nam si dicatur, *Deus videt quis facio,* Deus audit que loquor, nisi conget de opposta intentione, non prefumitur iuramentum. Contra vero, si dicatur, *Deus scit me verum dicere,* Navarrus in Manual. cap. XI. n. 2. Leander tract. I. disp. II. q. IV. iussit talem formulam verum iuramentum contingeret: que fane opinio fatigabilis mihi videtur. Ceterum, quia aliud quid ambiguitatis praefata formula includit, idcirco circumstante attendende sunt, & potissimum loquens intentio.

XII. Ad hanc classem quoque revocantur Auctores lequentes formulæ, *Dex miti teſſis eſt, quia verum dico, Vicit Deus, Vicit Dominus, Deus eſt veritas.* Verum cominior, & in illi unice vera lentitudo opposita docet. Quandoquidem, ut a prima formula exordiat, D. Thomas 2. 2. q. lxxxix. art. 1. ad 3. abholere asserter, illam iuramentum contineat. Idem docet D. Augustinus ferm. 2. edit. Lov. cap. vi. *Nos vos fallant qui necisio quo modo volentes ipsas iurationes ad iurandum. In uia tamen confiderantur sunt circunstantes.* Idipsum docemus & nos. Praefata nota abllare iuramentum produnt; intentione tamen eadem proferentes, aliquid circumstantes attendente sunt. Quare, si quid addatur quod in invocatione divini testimoniū verba illa extrahat, iuramentum non erit: puta, si quis iuraret qui hoc dicit, *Ita ne, quipuis es pravus cordis, & perverse cordis, & dicat, Per Deum tuas iuras: si dicas, Tassis est Deus, non iuras?* Quid est enim per Deum nisi tassis est Deus? Aut quid est, *Tassis est Deus, nisi per Deum?* Quid est autem iurare, nisi ins Deo reddere, quando per Deum iuras; ins saluti tuae reddere, quando per salutem tuam iuras; ins filii tuis reddere, quando per filios tuos iuras? Quid autem ius debet saluti nostrae, filii nostri, *Deo nostro, nisi caritatis, veritatis, & non falsitatis?* Maxime autem per Deum cum sit, ipsa est vera iuratio: *qua & cum dicit: quisque, per meam salutem, salutem suam Deo obligat;* quando dicit, *Per filios meos, oppigitur Deo filios suis,* ut hoc enunciatur in capitulo eorum quod exit de ore ipsius: *si verum, verum; si falsum, falsum.* Quare perperam inter ambiguas iurandi formulæ illam collocant *Spores, Felix Potestas, La-Croix,* & alii plures Cauitatis. De aliis formulæ res clarior est, quoniam Scriptura illas præscribit pro vero iuramento. Ierem. ix. *Iurabunt, Vicit Dominus, Eadem formulæ nisi est Elias: Vicit Dominus Deus Israel,* in

P 3 in

in cuius conspectu sio: III. Regum xvii. Nullo ergo modo inter aequivoce expressiones recendente iam delicta formulae, quidquid afferentes non pauci.

XIII. Iuramenta non continent sequentia dicta, Sim regnum, mendax, infidelis, hereticus; sim fui; amputetur mibi nafus, auricula, si ita non est: similes namque locutiones, iuxta communem acceptationem, non nisi quandam preferunt sponctionem. Sequentes vero formulae, Interfici, moriri, dispergare, si per modum exercitiorum proferantur, iuramentum continent, ut dictum est supra: reddunt enim hunc sensum: Deus, quem in seipsum appello, me occidat, si verum non est quod profero. Secus dicendum, si emuntatissimummodi pronuntiantur: communiter enim hoc pacto non nisi quandam sponctionem praeterunt. Iuramentum quoque non eis milii probabilitate videtur, tiro per me ipsum, per eum qui sum, vulgo giro da quel che sono: quamvis enim homo singularis Dei creatura sit, iuxta tamen communem sententiam non aliud intelligitur quam interpositio fidei, & autoritatis humanae.

#### C A P U T VI.

Nenulle alia quasiuncule circa iuramentorum formulas, potissimum circa banc, Per Deum, resoluuntur. Regule quoque pro iuramentis discernendis.

I. A deo familiari est hominibus confusione. Tudo iurandi, ut Autores non pauci, cum praeformat confutundent aboleantur, iuramentum non esse admittunt id quod absolute iuramentum est; quemadmodum ex sequentibus pluram erit.

II. Quod. I. An iurant homines passim aentes, Par Dias que si, ut Hispani; Par Dia ut Forofoles; Per Dio, ut Itali; Par Dio, ut Siculi: que omnia idem sicutas per Deum? Resp. Patriitus Sporer tract. XII, in 2. tract. Dascal. cap. 1. sec. 1. n. 9. docet, homines Deum sic invocantes, si praeclaudant ab invocatione divini telionum; Ieu si, dum prelati verba proferunt, negati- ve habeant (quod idem valer ac si neque intentionem habeant iurandi, neque non iurandi) nullo modo iurare. En illis verba, iterum non est iuramentum, quia eo ipso Deus non invocatur ut telis: aliquis semper iurarent, & sese ipsius iurarent qui ad singulare verba efficiunt illud suum. Per Deum, Per sacramentum &c. Unde Confessarius audiens penitentem falso iurasse se accusantem,

non statim periuersasse confessare debet; sed interrogare, an intendenter Deum invocare in telis: & quidem falsitatis: & longe scriptio deprehendit non sive periuersa, sed mendacia ex materia sua distinguita, aliquando officiosa, aliquando iocoosa, & sic ventalia. Animus intendens velim ad rationem quam Authoris prodit, ut evineat iurantes per Deum non iurare: quia aliquam tempor iurarent, & sapienter periuerserant. Quapropter, ne hec sequatur, dicendum est illis non iurare. Hoc est familiarissimum principium plurium recentium Capitularum. Quia homines passim ex pecunia mutuo data prouident accipiunt, non committunt uluram. Cum? quia aliqui omnino fere essent uluram labi infici. Hoc ratio[n]cio frequentissime uitetur. Sed & consecutio quam Authoris deducit, digna consideratione est. Subdit namque, quod licet penitentes se acciperet falsi iuramenti, sua conscientia sic dicitur: non propterea tamen ei fidem habere debet Confessarius. Unde Confessarius audiens penitentem falso iurasse se accusantem, non statim periuersasse confessare debet. Hec a Theologo prolati fuisse, vix credibile fore, nisi ipsi edita legentur. Concludit tandem, quod, licet falsitatem sub illa divini telionum invocatione prouident iurantes, non nisi mendacia iocoom, vel officium pro materia diversitate commitunt; & consequenter solum venialiter peccant. Quid Chrysolomus, quid Augustinus, quid Patres omnes tam acriter invehantur adversus iurandi confutandinem? Nam qui ex coniunctudine iurant, expellant intentionem iurandi non habent, nihilque de iuramento cogitant. Hanc doctrinam habuit Sporer ex Tamburino, quem in album suorum magistrorum pericerit. Non abs re censeo verba etiam Tamburini isthuc transcribere, ut cautoles reddant lectores huicmodi Authorum. Tamburinus itaque Lib. III. in Decal. cap. 1. §. 3. n. 6. hac scribit. Per quaecunque verba, etiam perficie Deum continentia, multo magis dubie, emituntur iuramentum, erit omnino. & semper in foro conscientia ad intentionem iurantis attendendum, si velim deprehenderet, an vere iuramentum sit. Vel enim, quaecunque tandem, verba proferantur, intendit, quis primo positio invocare Deum, vel secundo positio non invocare, vel tertio (five quia non adverterit, five quia negligit) presemit ab eiusmodi invocatione; hoc est, nec intendit, nec non intendit invocare. Partito videtur adequata: continet enim contradicitoria, & precisum ab ipsis. Iam si pri-

si primum, certo erit iuramentum, ut ex se patet. Si secundum, certo iuramentum non erit, ut fatetur communiter Doctores... Litet enim oī dicunt, Euro Per Deum, si volunt per hoc verba Deum ut tefern mei dicti implorare, utique non implorando, nisi velde materialiter, sicuti si platters a magistro exterius cadem verba preferet. Certe in Sicilia ignobilis viri in uniuerso verbo Par Dio iurant. Quis autem dicit, eos ignobiles vere iurare, cum ipsi aliquando sciam quid significet illud Par Dio? Videtur autem ex sua ratione significare Per Deum. Denique si seruum, certo item iuramentum non erit, quia non invocat Deum. Cum enim his abstrahat ab invocatione, clares appareat invocationem non exhibere. Duo hic docet Tamburinus: quorum unum certissime fallum est, nempe quod iurans sine animo iurandi, non iuret: que propositio ab Ecclesia damnata est, ut infra videatur: alterum quod iurans, si non advertat le iurare, le iuri pretendat ab invocatione diviniti telionimi, non iuret: que pariter propositio fallit omnino mihi est, & scandali plena. Sed, quod magnopere admiraverit devenimus, est, Tamburinus tellari, has suas propositiones communiter a Doctribus edoceri. Laudat namque Layman, qui san Lib. IV. tract. II. cap. 1. num. 3. eas docet. Citat deinde pro te etiam Suarez Lib. I. de iur. cap. 1. num. 4. fed fallo: nihil enim ibi habet insignis iste Theologus quod his opinionibus faveat. Rationem porro allegat Tamburinus ad suas propositiones confirmandas, que eadem est at illa quam ex Sporer modo produxitur. Iurant enim Siculi, inquit, unoquoque verbo, Par Dio, quod idem iurat ac per Deum. Quia autem dicit, eos iurare? Nonne validatio ratio? Sed subdit: Ignorant enim, vel non advertunt, quid sit illud Par Dio, quidve significet. Quid iunt illi qui hoc ignorant? Christiani? Catholicci? Ignorant ergo christiani populi secundum Decalogi preceptum? At, dum sanctissimum Dei nomen prouunt, tamquam platters a magistro docti, materialiter illud proferunt. Platters ergo iunt Siculi ignobiles circa Dei cognoscen- tiam? Quid, quod, co docent Parochi, & magistri, dum illis edificunt, Non affluit nomen dei tui in vanum? Obsolevit ne hoc mandatum in Sicilia? Hac Tamburini doctrina minus congruit eius patria, curius gens acumen ingenii præstat; & præterea christiana professio nimirum probroba, ac infelicitas est. Et profecto, si dum per Deum affluerit, non ob id penitentem abolvere debet, quando a divinis nominis altitudine pronunciatione acutum ingeni præstat;

& preterea christiana professio nimirum probroba, ac infelicitas est. Contendunt aliqui iniuria offici Tamburini, sed immerro. Vide infra Diff. II. IV. n. 9. quæs. 2.

III. Doctrinam itaque, & opinionem quam ex citatis Authoribus descripsi, tamquam famam, & improbabilem reiicio. Ad plenaria tamen queſti, & responsionis intelligentiam dico, eos qui ita aſſertiones conformant his formulis, Par Dio que sit, Par Dio si, Par Dio no, Per Dio, quod idem est ac dicere per Deum, vere iurare; & si frequenter ab his formulis utantur, in coniunctudine iuraticis veritari. Si quis vero ira subita percitus, vel molleitia affectus proferret illud Per Deum, utique non iuraret, quia nihil adfirmaret, vel negaret; sed nihilominus nomen Dei in vanum affimeret; sicut in vanum illud affirment alii dicentes, Di Dio, Po far Dio, nihil adfirmante, vel negantes.

IV. Quod. II. An qui pali nomen Dei affluit in vanum, licet nihil adfirmet, vel neget, peccant mortaliter? Relp. Qui in quacumque ire, taddi, gaudi, alteriusve perturbationis occasione, nomen Dei uturat, proximo periculis iurandi, & peierandi lefe committit. Vix enim fieri potest ut in omnibus fere animi sui mortibus Dei nomen pronuntiet, & data occasione adfirmaret aliud, vel negandi, illud nomen non invocet. Graviter ergo peccare eos alero qui Deum contingerent nominant, non tantum ob vanum, continuum & scandali plenum Dei invocationem, quantum ob gravissimum voluntariumque peierandi periculum. Quare Confessarius prudens & pius neminem illorum qui pallim nomen Dei utipliant, absolvat, nisi prominat, & pericolo facto, replet linguam suam cohibant ab eiusmodi vana, & continua divini nominis assumptione. Et quamquam illi sub initium divine nominationis peccatum grave Confessarius non deprehendat, non ob id penitentem abolvere debet, quando a divinis nominis altitudine pronunciatione acutum ingeni præstat;